Quelle: https://manuscripta.at/?ID=639
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

2

diuinis laudibus uacet. quia in
cursus tot fantasmatum non tur
batur cordis sabbatum. ¶ Taceat
etiam uis memoratiua a peccatorum
infestacione. Ezech. viii. tacete quia
dies sanctus est et nolite dolere. Abi
it itaque populus ut comederet et bibe
ret et faceret leticiam magnam.
recordacio peccatorum preteritorum satis est
utilis incipientibus agere penitenciam
ut ignem concupiscencie lacrimarum ym
ber ex recordacione culpe extin
guatur. Sed cum per ignem contricionis
spina peccati fuerit euulsa de medul
lis anime. et hec passio scilicet recordacio
consopita etiam est signum animam
peruenisse ad indulgenciam peccatorum,
ad quam obliuionem non peruenit
nisi per delectacionem affectuum preteri
norum puritatem. unde hoc docetur in li
bro de coll. patrum. cum in uiris
spiritualibus preteritorum peccatorum memoria
occurrerit sic ab ea resiliendum
esse. sicut refugit honestus et gra
uis si impudice et procacis femine
in publico aut colloquiis aut am
plexibus appetatur qui si parumper
moretur an loquitur cum ea quamuis
non consenciat uoluptati. tamen
infamiam nitenciam non euadit.
sic et nos hamus circa hec recorda
ciones ne uidentes nos angeli
turpibus ymaginacionibus et co
gitacionibus inuolutos nos dicant
benedicto domini super uos. Impossibile

enim est mente bonis cogitacionibus
inmorari cum principale cordis ad
turpes intuitus fuerit deuolutum
et hoc est quod dicitur. tacete nolite do
lere. i. semper signa doloris ostendere.
solet enim frequenter in huiusmodi recordacio
nis accidere ut quod sub specie pieta
tis in principio fuit exortum fi
nem obscenum habeat dum instinc
tu dyaboli in quandam uoluptatem
ducimur et consensum. preterea et si non
assit consensus tamen necesse est tam
diu quippiam pestilentissimis clo
ace fetoribus perfocari quamdiu su
per eam uel scenum eius uoluit
ex mouere. ideo bene sequitur abiit
populus ut comederet et biberet et fa
ceret leticiam. quia post incitatum ap
petitu et regni celestis desiderio
quam noxius uiciorum recordacionibus
nos ipsos ad compunctionem prouoca
re debemus quinimmo si talis re
cordacio uolenter irrepserit ut
ibidem docetur penitus excludatur. quia
mentem a contemplacione retrahit
puritatis. Thob. v. cum gaudio fi
lius reuertetur ad nos. ad hanc uo
cem cessauit mater eius flere et
tacuit. ¶ Nec tamen si occurrerint
peccata nostra ut dictum est. Sed si occur
rerint iniurie nobis illate ta
cere debemus. sicut et deus tacere dicit
cum suas paciencia dissimulat in
iurias nec ulciscitur. ys. xlii. ta
cui semper silui paciens fui sic